

A 138 / VIII.



SD 2714

4

Regi ný omtatvárnýok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

IVSTA FVNEBRIA,  
Manibus piis,  
VIRI REVERENDA DIGNITATE,  
Nobilitate, experiētiā multā, pietate, atq; eru-  
ditiōne singulari clarissimi,

HILARII ER-  
NESTI BINERI,

Regiæ, Liberæq; Civitatis Cassovi-  
ensis, Ecclesiæ Germanicæ, invariatae Augustanæ  
Confessione addictæ, Antistitis dignissimi, Scholæq;  
Inspectoris fidelissimi:

*Qui 6. Octob. currentis ANNI clō hōc LXIV. circa 6. Ve-  
spertinam, inter devota suspiria, animam Redemptori suo placida  
morte reddidit:*

Honoris, amoris, atq; respectivè observantiæ ergo  
PERSOLVTA,


A  
Collegis, Amicis, & Scholæ Alumnis.  
12 Octobris.

CASSOVIÆ,

Apud Viduam SUSSANAM SEVERINAM, 1664.

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

1518/30



I tua pro merito deberem funera flere,  
Pectoris, ó *Biner!* portio Chara mei:  
Si tua pro merito vel possem funera flere,  
Compater, in Christo Frater, & alter Ego.  
Fortè mihi vitio non posset vertere quisquam,  
Si vel continuas solverer in lacrymas.  
Non nos fictus amor, fallax fucusve coëgit,  
Iunxerunt nostras non mala fata manus.  
Sed pietas, firmi solidum fundamen Amoris,  
Et veri studium linea prima fuit.  
Auxit amicitix Candor conamina nostræ,  
Dum licuit licitos continuare sales.  
Seria concordi tractavimus omnia mente,  
Nec fuit inter nos litibus ullus honor.  
Invidiam, quòd vera loquar, Te provoco testem,  
Torserit ut Tua, dic, ilia noster amor.  
Rumpere consensus firmissima vincula nostri  
Sis licet, haud poteras, ingeniosa, tamen.  
Hem! sua vibravit, longè te fortior hostis,  
Spicula *Bincro* mors inimica Meo.  
Tentavit vires, ast, præter corporis artus  
Exsuccos, potuit iternere sæva nihil.  
Colloquium cessat, non est concordia rupta,  
Mutuus inter nos non morietur Amor.

A 2

Perfo-

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.J/

Prosequar & Cineres fraterno semper Amore,  
In Cineres vertar donec & ipse meos,  
Indubius credo, rursus jungemur amore,  
Amborum IESUS quando redibit Amor.  
Hac spe fretus, abi: jam te præmitto Binere  
Ter dilecte, Deo sicque volente sequar.

Amicum & Compatrem suum dilectissimum desiderans,  
lacrymab. fudit,

M. Adamus Kys, Eccl. Cas. Evang. Vngar: Pator & Sch. Inspector.

**C**Vr tacito lacrymas CASSOVIA pectore volvat,  
Pannoniæ VRS celebris, forsitan, Amice! roges  
Barbara Turcarum gens Oppida vastat & agros;  
Captivos Pueros abripit atque Senes.  
Arva jacent inculta, viæ sunt invia factæ,  
Ordine perverso cuncta redire vides.  
Quocunque intendas oculos, Coelumque, Solumque  
Versus, mox præstò causa doloris adest!  
Præterea, velut ensis atrox extra, simul intra,  
Nos viduam fecit Iusca Tyranna, nece.  
Sustulit è vivis pietate VIRVM celebratum,  
Cujus in Aonio splendida fama choro est.  
Artis opus medicæ; sanctissima scripta Virorum  
Sacrorum dederant nobile NOMEN Ei.  
Pulpita cum Templis Hujus, jam tempore multo,  
Adivère piè verba sonare Viri.  
Excubias Annis tredecim gessit vigilanter,  
Optimus Hic CHRISTI pro grege, lege, vigil.

Officij

Officij partes  
Magnanimu  
Invida Parca t  
Sub leges d  
Si probitas, Se  
Nobilitate o  
Contra vim m  
- E R N E S  
Lychnus ut ac  
Extinctus qu  
Sic hominis vi  
Splendentisc  
Dum studet in  
Paulatim vir  
Exemplum Pra  
Insignis Ca  
Seriit Hic mu  
Seriit in T  
Accendere eju  
Complures,  
Extincto sed ja  
Ac oleo vita  
Ceu Moles, A  
Viribus exh  
Hæ sunt Tristit  
Velle pium  
Ast factum inf  
Abstulit H V

Officii partes morbus non turbat, & oreus,  
Magnanimus strictè semper obibat onus.  
Invida Parca tamen Fido minùs huicce pepercit,  
Sub leges diras traxit avara suas.  
Si probitas, Sensus, Virtutum gratia, Censura  
Nobilitate orti, quidque valere queant  
Contra vim mortis, nec HILARIUS-hic obiisset.  
-ERNESTVS BINDER, Tuba canora Dei.  
Lychnus ut accensus longo consumitur usu,  
Extinctusque oleo deficiente perit:  
Sic hominis vita est; multis quæ profuit olim,  
Splendentisque adeo luminis instar erat.  
Dum studet innumeris servire domique, forisque,  
Paulatim vires deserit ipsa suas.  
Exemplum Præsul nobis bonus, Ipse disertus  
Insignis Cassæ gloria, triste dedit.  
Serviit Hic multos CHRISTO, Populoque per annos,  
Serviit in Templis, serviit inque Scholis.  
Accendere ejus claro de lumine lumen  
Complures, tenebras & pepulère suas.  
Extincto sed jam fulgens luminis usu,  
Ac oleo vitæ deficiente, jacet.  
Ceu Moles, Aaron, Samuel, cunctique Prophetæ  
Viribus exhaustis lucem obiere suam.  
Hæ sunt Tristitiæ causæ. Nos vota fatigant  
Velle pium vivum semper habere VIRVM!  
Ast factum infectum fieri nequit! Ipse IEHOVAH  
Abstulit HUNC justè, quem dedit antè VIRVM  
A 3 Offendit.

Offendit nostrum turpissima culpa IEHOVAM,  
Poenas nunc meritas, damnaque multa damus,  
Iram portemus DOMINI, peccavimus IPSI.  
Oremus prohi: Gratia multa Dei est.  
Ergo VALE, Christo dilecte, Vir optime! Coelum  
Te cepit laetum! nos tenet orbis adhuc;  
Sed celeri rapiet Mors nos quoque turbine ovantes  
Excipiet salvos, Coelica regna fide.  
Vivit! vivit adhuc Ecclesiae Amator & Autor  
CHRISTVS, prospiciet sedulus ipse suis,  
Et vivis, mortique datus. Vivusque Redemptor,  
Ad se credentes voce potente trahet.  
Vt sit ibi servus, Dominus quâ sede triumphat,  
Et cantant Sancti; Gloria summa Deo!

*Ita condolens, verè, & sincere Collegiali amore devincto  
& piè defuncto, Dno. Pastori & Inspectori Eccl. Ger.  
Melchior Klies, Eccl. Christi Germ. Diacon. accinit.*

Multos consilio sano tua docte BINERE,  
Ars juvit promptè, & variis languentia morbis  
Restituit, Domino aspirante ita, membra vigoris;  
Ast jam Parca tuæ rumpendo stamina vitæ,  
Consilio orbavit sapienti pectora multa.  
Nestoreos utinam, vasti te Rector olympi,  
Incolumem numerasse dies, & dogmate puro,  
Sanguine quæsitam siviisset pascere plebem!

*Condolentiae causâ adjecit Adamus Pittö  
Eccl. Hung. Caf. Concionator secundarius.*

Post

Post va  
Exce  
Lux ubi p  
Vita be  
Corporis e  
Dum cla  
Dum redde  
Vitalis r  
Præmia tun  
Percipiet  
Præmia qu  
Qui pop  
Parce igitur  
Atque sin  
Qui pascit  
Sunt cura

QVotque  
Iusti  
Non sunt lu  
Est bona  
Ante diem p  
Instantis v  
Ergo graves  
Exuviasqu  
Castra sequet  
Intrepidus

**P**ost varias cūras, & post discrimina mille,  
Excesso Coeli culmine B I N E R ovat.  
Lux ubi perpetua est, nullis obtecta tenebris,  
Vita beata, salus, pax, honor, atque quies.  
Corporis exuvias humus obtegit, Angelus olim,  
Dum clanget jussu, Christe benigne, tuo.  
Dum reddet tumulus, quod nunc suscepit, & aura  
Vitalis rursus vivida membra reget.  
Præmiatunc junctim cum corpore spiritus ampla,  
Percipiet, rutilâ lætus in arce poli.  
Præmia quæ Mystis aptavit dextra Iehovæ,  
Qui populum rectè dogmata Sacra docent.  
Parce igitur lacrymis soboles charissima, Patrem  
Atque sinas vitâ jam meliore frui.  
Qui pascit corvos, & vos non negliget, illi,  
Sunt curæ imbelles, parvaque turba hominum.

Affectus testandi causa fecit Matthias Ostropataky  
p. r. Ecclesiæ Cassoviensis Hungaricæ Concionator.

**Q**uotquot in hac vitâ pia CHRISTI castra secuti,  
Iustitiæ rectas apperuerunt vias.  
Non sunt lugendi multum post ultima fata:  
Est bona fors ipsis Mors pia, grata quies.  
Ante diem placido tolluntur funere mundo,  
Instantis videant ne tot acerba mali.  
Ergo graves sisto lachrymas, quid lumina fletu  
Exuviasque juvat, chare, rigare, B I N E R?  
Castra sequebaris CHRISTI, dum fata sinebant,  
Intrepidus belli tempore miles eras:

Hinc

Hinc tibi Mors bona fors facta est, & laetus Olympo  
Parte tui vivis nobiliore DEO.

Cantica nunc resonas gaudes jam, psallis & audes  
Iam conferre DEO, verba, piusque pia.

Vive ergo caelis, quia vivere dignus in astris:  
Ossa sed in terris, molliter ipsa cubent.

A Georgio Fischer Boh. Nationis Slavicae & Germanicae  
Ministro Verbi.

**H**aec hominum fors est: qui coepit, desinat esse,  
Et facti subeat publica jura sui,

Vir pietate, fide, Doctrina, Reque verendus,  
Exemplo BINER comprobatur ista suo.

Hic Evangelicam, dum presit ritè Cathedram  
CASSOVIÆ; tandem morte peremptus, obit.

Sat vixit: benè vixit, habet jam gaudia caeli  
Mens pia: sub saxo corpus & ossa jacent!

Tu, quia vita bonum fragile est, dum busta videbis,  
Vive memor lethi, chare viator, abi!

Honoris & obedientiae ergo, R. Compatri suo, in  
signum tristitiae scribebat Adamus Braxatoris  
Berthotenus, p. n. Ec. szen. Ist. Pastor immeritus.

**C**ur non ERNESTVS metuit sua fata BINERVS?  
Cur non horrescit spicula mortis? abiit

Nam sic ad Christum; qui solus candida lux est,  
Est mortis lucrum, certaue vita pius.

Ergo nos fratres Patrem comitemur in arte,  
Tum dextrè stando, tum moriando benè.

Dicent:

Dicentés: cert  
Nosque tuo

**E**st nihil in  
Quod ja

Te BINER

Audit dicen

Sed dum verb

Sub legem r

Heu lacrymis

Vix dabit h

Vivere dignus

Nestoreos

Sed quid flere

Abrupta est

Certamen dur

BINER, &

In terris igitur

In Caelo ci

Quod superes

Perpetuum

**Q**uam pr  
Novi

Cum Physico

Naturæ, &

Dicentes: certam praestes o CHRISTE salutem,  
Nosque tuo lotos sanguine CHRISTE juva!

Michael Bajza p. t. Minister  
Caf. Uyfaluensis.

**E**st nihil in mundo constans, sunt omnia vana.  
Quod jam stare vides, en cadit atque perit.  
**T**e **B**INERE videt Pastorem patria dulcis,  
Audit dicentem, svavia verba **D**EI.  
Sed dum verba facis, morbus te infestat iniquè.  
Sub legem mors te, mox vocat atra suam.  
Heu lacrymis multis omnes jam plangite Cives,  
Vix dabit huic unquam patria terra parem.  
**V**ivere dignus erat centum vel Nestoris annos,  
Nestoreos si quis posset habere dies.  
Sed quid flere iuvat, vitæ revocatio nulla,  
Abrupta est justo vita volente **D**E O.  
**C**ertamen durum, cursumque absolvit honestè  
**B**INER, & in sacro munere fidus erat.  
In terris igitur quia vicit fortiter hostes,  
In Cœlo cingit pulchra corona caput.  
Quod superest omnes **B**INERO dicite nostro,  
Perpetuum salve! perpetuumque vale!

Christianus Acanthus, p. t. Meslaviæ Pastor.

**Q**uam prudenter Apes peragant sua munia cunctæ,  
Novit Thejologus, scitque Themista bonus,  
**C**um Physico, qui quo profint in Pharmaca vertit  
Naturæ, & format mira probata tibi.

**B**

**Talis**

Talis Apis (noster Bienerus) magnus A vorum,  
 Iussi qui fidus muneris ipse memor.  
 Qui instar apum verbi Coelestia mella libabat,  
 Ac dabat è scriptis mellea dicta Patrum.  
 Non hic serpentum tradit mala toxica more;  
 Aurea sed vatam mellea sensa DEI.  
 Nomen Apis quare Germano Idiomate verè  
 Competit huic nostro, qui bene BIENER erat:

### E N O D A T I O.

**A**lle Lehrer sollen sein / rechte gutte Bienen:  
 Wenn sie dero arten nach wollen sich erküehnen /  
 Ihren werthen Tugend fleiß /  
 Sampt belibten Amptes Schweiß /  
 Einzieg an zu wenden:  
 Daß sie auff den Biebelischen awen:  
 Solen ihren festen grunde zu bauen:  
 Mitt künstlichen händen  
 Was darzu von nöthen ist /  
 Vnd die sache selbst erküest.  
 Solcher rechter bienen art / ist auch wohl gewesen /  
 Unser grosser **BIEBER** hier / der nur stets gelesen:  
 Vnd gesogen kräftig auß /  
 Von beziehten blumen hauß:  
 Biebelischer awen /  
 Honig schesse trost arzeyen /  
 Die zur lehr vnd lust gedeyen:  
 Wie dann wahr zuschawen /  
 Vnd zu hören allezeit /  
 Auß beliebter freundigkeit.

Wächre

Wahre gutte Po  
 Unser gutter B

Wie die wehrte r  
 Also ist herr B

Unser Wehrter  
 Swar mit Jug

Gott wird weh  
 Vnd bey seinen

vorum,  
babar,  
m.  
more;  
verè  
NER erat:

e Bienen:  
üchnen/  
schweiß/  
en awen:  
u bawen/  
esen/  
gelesen:

Wächre

Wahre gute Policy lehren uns die Bienen  
Unser guter BIEB ist / mehrmals fast erschienen  
auff den lieben Predigstuel  
daß er uns nicht in die Schuel  
Hett zu gleich geführet/  
Und gezeiget wie wir sollen  
Uns verhalten / wenn wir wollen  
Sein gewünscht regieret  
Also daß die enigkeit  
Er uns lehrete allezeit.

Wie die wehrte mühsamkeit uns die Bienen zeigen/  
Also ist Herr BIEB auch / das nicht ist zu schweigen  
Ein wohl mühsam binelein  
So sich ohne falschen schein/  
In dem ampt erwiesen/  
Darumb sollen folgen ihnen/  
Und nachfolgen dieser Bienen/  
Die so wird gepriesen/  
Die so haben ihren Stand/  
Mühsam brauchen ihre Hand.

Unser Wehrter Biener drum / diesen Mahnen führet/  
Swar mit Jug und allen Recht / wie man hat gespüret/  
Hier in dieser lebens zeit /  
Aber dort in Ewigkeit /  
Wird er erst gemissen /  
Der versüßten Himmels freuden /  
Welche nach dem schweren leiden /  
Solgen dem gewissen  
Das so hier sich hat bemüht/  
In erhalten Gottes gütt.

Gott wird wehrtes Caschatz noch ferner ewer wälten/  
Und bey seinem reinen Wort gnädig euch erhalten/  
Auch drum ewre Kirch gemein/  
So sie ihm auß hertzens schrein

B 2

Eyfrig

Zyfrig wird erbieten/  
 Einem solchen lehrer geben/  
 Der mit lehr vnd heilten Leben/  
 Vohr euch hier wird treten/  
 Der nach Dienem mühsamkeit  
 Führen wird zur Ewigkeit.  
 Also betrachte seinen lieben vnd groffen Gönner /  
 Johan. Croner.

**P**oscebat quod res, hilaris, vel serius, idem  
**B**INERVS fuerat, nomen & omen habens,  
 Mellea promebat sacro de Codice verbá,  
 Queis populi pavit pectora casta DE I.  
 Longa senis Pylj quapropter secula sospes,  
 In terris verè vivere dignus erat  
 Parca sed invidit nobis bona tanta, verendi  
 Succidens vitæ stamina falce Viri.  
 Flete pium Myrtam plebs Cassæ, flete Senatus,  
 Ferreus est cuius corda dolore vacant.  
 Flete, sed & lacrymis, velut æquum, ponite metam  
 Dicendo: **B**INER molliter ossa cubent!

Condolentiæ debitæ causâ qu. Clar. Dom.  
 Compatri scrib. Georgius Raduchius Gym. Rector.

**EPITAPHIVM SVPREMI HONORIS**  
 ac amoris causa erectum.

**S**iste tuos gressus, oculosque reflecte Viator,  
 Saxeus, hoc saxum, ne videare, Vide;  
 Clauditur hoc tumulo, Virtus quæ nescia fatig  
 Thejologi, Medici, Nobile utrumque decus,

Rara

Rara Fides  
 Ingenio  
 Regia & eg  
 Munera  
 Quis putes  
 Augusta  
 O Libitina  
 Spicula!  
 Si lepor au  
 Si labor  
 Huncce v  
 Posset,  
 Sed stat ce  
 Quas tu  
 EST HOMI  
 Exitus,  
 Carceribu  
 Stat cel  
 At corpus  
 Nunc r  
 Donec ad  
 Pginor  
 Ast hinc  
 Tam fr  
 Hæc tecu  
 Immur  
 Necquid  
 Nam

Rara Fides, Pietas, Sapientia, fama, superstes  
Ingeniique nitor, Eloquiique lepor:  
Regia & egregia & quæ singula, livor & ipse  
Munera dia probat; hic tumulata jacent.  
Quis putet, angustâ potuisse recludier Vrna  
Augusta, Augusto dona relicta viro:  
O Libitina ferox ô duraque, diraque mortis  
Spicula! quæ Meriti gratia nulla ligat.  
Si lepor aurifluus, si conscia flectere Svada,  
Si labor, & cunctis officiosus amor,  
Huncce virum tristi mortis subducere Regno  
Possit, perpetuum viveret ille diem.  
Sed stat certa dies, stans implacabile fatum,  
Quas tulerat leges, jure tenere jubet,  
EST HOMINUM FINIS, CINIS, hinc ab origine pendet  
Exitus, in cineres, qui fuit ante, redit,  
Carceribus sed missa tuis mens nescia claudi,  
Stat celsa, atque virum docta per ora volat;  
At corpus placidæ jam quondam habitatio vitæ,  
Nunc mea, tranquillum, saxea regna tenet:  
Donec ad ætherei mandata novissima Regis,  
Pignora missa mihi, reddere jussa, dabo;  
Ast hinc ne nostris discedas lector ab aris  
Tam fragilis vitæ nescius ipse tuæ;  
Hæc tecum remeans, doctus meliora capeffe  
Immundi mundi spernete dilce bona.  
Necquid jam *Fuerim*, sed quid *sim*, cerne Viator  
Nam *fies*, quod *Sum*; Terra caduca, vale!

B ;

CON:

121

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

## Concurrite Cives, Mœnia nostra Corruunt.

**R**umpft lauffet alle zu / Kompt Bürger / Kompt Lebende /  
Halt vnsern **HJELIX** auff / sonst gerths mit vnß zum ende /  
Wo er vnß lassen wird / tzt ist es lauffens zeit /  
Halt wer nur halten kan: der Tode ist schon bettet /  
Er lauret wie er ihm / mit seinem pfeil berühret /  
Vnd auff die Trauer-bahn des finstern grabes führet /  
Er spannt vnd leget auff sein mörderisch geißel /  
Er rücket seinem pfeil / auff vnsern **HJELIX** loß /  
Geh gieße vnd Gallen vohl / geh trenner der gemüetter /  
Geh dieb vnd rauber vorth / der besten lebens gütter /  
Geh brauche wo du wilt dem auff gespannte Schuß  
Vnd lasse nur tzungde vnß vnsern **HJELIX** stehn /  
O vnerschämpter Koppff / noch must du deinen willen  
An diesen tewren Man / so freuentlich erfüllen ;  
Der pfeil ist abgedruckt / Herr **HJELIX** ist verwundet  
O weh der trauer post! O weh der finstern stunde!  
Darin man hören muß / die trauer worte schallen  
Herr **HJELIX** der ist Tode / Herr **HJELIX** ist gefallen /  
Der tewer werthe man / der durch sein redlichkeit;  
Zu leben würden wahr die graue Ewigkeit.  
Schawt liebsten freunde an: wie lassen sich hernieder  
Bedencket ihre Sier / die schwachen augenlieder.  
Schawt an den blassen munde / darin nach Bienen art /  
Der beste honigseim vnß fürgetragen wardt.  
Schawt / wie durch witz vnd kunst die stets gebeten sinnen  
Kraftlos / vnd ohnmacht vohl / zu sincken schon beginnen  
Wie Weißheit / Jugend / Rath / verlassen ihren sieg  
Vnd nahmen ihren weg / zur blauen himmels spitz.  
Kompt schawt wie ewer Arzt / der Seel vnd Leib Curiret.  
Wardt lebensfart vnd miedt / zum schwarzen grab geführet  
Wer hatt den dieß gethan: der Tode der menschen Feindt /  
Dieß ist dem Meister-stück / du savorer sünden freunde.

Wer hatt die  
Kirch / Schu  
Du / du  
Du hoch  
Du hast derse  
Den besten M  
Die Seil  
Zerrieffen  
Doch was h  
Vnd von de  
Es ist s  
Daß ma  
Doch solt ei  
Vnd solt nic  
So weh  
Vnd bl  
Wie kan der  
Wan schon  
Wann  
So nit  
Drumb last  
Siecht traw  
Damit  
Da dies  
Ihr aber d  
So siecher  
Denn r  
Vnd d  
Der Tode e  
Schaut / v  
hatt e  
So w

Wer hatt dir dieß erlaube / solch Tyranny zuüben?  
 Kirch / Schuel vnd Regiment / so eylende zubetrüben  
 Du / du bist vrsach dran / das man izunde muß seh'n  
 Du hochberühmte Stadt in Vollen trawren steh'n  
 Du hast derselben Zier von ihren haupt geschlagen /  
 Den besten Musen-freunde / hast du darvon getragen /  
 Die Seile vnser Kirch / hast du durch deine macht /  
 Zerriessen vnd erlegt: O weh der fünstern nacht!  
 Doch was hilfft dieses nun / ob wir schon lange klagen /  
 Vnd von deß Todes macht / viel singen vnd viel sagen /  
 Es ist schon als vmbsonst / die sünd hatt es gethan /  
 Daß man izt lauffen muß / die fünster Todes bahn.  
 Doch solt ein solcher Mann / so eylends vnß verlassen /  
 Vnd solt nicht leydt vnd schmerz / mein kranckes hertz vmbfassen /  
 So wehre stock vnd stein viel weicher als ich bin /  
 Vnd blieb in meinen muth / kein rechter Musen sinn:  
 Wie kan der Musen schar sich hinfort mehr ergezen /  
 Wan schon Apollo selbst / von ihnen sich will legen.  
 Wann Phoebus seinen glantz zeicht von Parnassus spiez /  
 So nimt die schwarze nacht / dort ihren raum vnd siz.  
 Drumb last in vollerfluth / der threnen bäche fließen  
 Siecht trawer kleider an: bestellet Cyperieffen  
 Damit die schwarze grufft vor gnüge werd geziert /  
 Da dieses thewre pfandt izt bey geleget wirdt.  
 Ihr aber die ihr noch alhier auff Erden lebet  
 So siecher in die Welt / vnd sonst nach nichtes strebet  
 Denn nur nach Eytelkeit / vnd nach der Menschen Gunst  
 Vnd dencket nicht zu ruck ob euch durch seine Kunst /  
 Der Todt entseelen mag / uehmt dieses wohl zu Herzen  
 Schaut / wie es mit dem Tod / so übel ist zu scherzen  
 Hatt ex Geschickheit / vnd Kunst so schlecht geacht;  
 So wird viel weniger dir helffen / Geld vnd Pracht.

Ita beatissimos Manes, mcesta prosequatur Musa;  
 adlacrymante, Melch Roth p. t Sch. Pat. Con. R.

Ach

Regi nyomatványok, Matica Slov. Martin:  
 /316.ig.j/

**A**ch Weh! Ach Leyd! Ach! Ach! Ach Herkenleyd! Ach Schmerzen!  
 O Tod! O bitter Tod! Wie hoch trübte Herzen!  
 Hastu O Tod gemacht! in dem du uns geräubt!  
 Den Gott geliebten Mann: wer hat die daß erlaubt?  
 Hastu du Menschen kraß / nicht eines Menschen schonen?  
 Thustu so wilder Tod / den Gottes Dienern lobnen?  
 Reistu du blinder Tod / dahin ohn Unterscheid?  
 Bewegt dich rauben Tod / kein Geuffen / Blag und Leyd?  
 Muß der so bald hinweg / von uns gerissen werden?  
 Durch dich du Lebens Feind / muß Er schon in die Erden?  
 Der sich bey Kirch und Schuel auch Stad beliebt gemacht?  
 Denn alle Menschen fast / sehr hoch und werch geacht:  
 Der treue Helff ers Mann / der wahre Gottes Diener:  
 Der Seel und Leibes Arzt: Der selige Herr **BIETER**?  
 Der Weisberühmte Herr: den hastu Nimmer satt!  
 Zu würgen dich erkühnt / weil Er in dieser Stad!  
 Dir viel enogen hat / auß deinem weiten Rachen!  
 Die off fast ganz dein wahren / die thät Er lebende machen.  
 Darumb hastu auß Broll / dein Grimm an Ihm verübt?  
 Und durch die schände That / die ganze Stad berübt.  
 Du hast es böß gemeint / dein Vorsatz ist müßlungen;  
 In dem daß beste Theil / die Seele dir entsprungen;  
 Und nunmehr lebt in Gott. Bistu damit besnügt?  
 Mit dem entsetzten Leib / der in sein Häußlein liegt?  
 Auch dieser ist nicht dein / du mußt nach diesem Leben!  
 Ihn klarer wiederkehren / und Gott dem Herren geben.  
 Was hastu nun hiervon? ganz nichts den lauter Spott?  
 Weil Er entgangen dir / und kommen ist zu Gott.  
 Wofelbst Er stetig lebt / in lauter Freud und Prangen?  
 Gekrönt mit Ehr und Schmeß; daß / daß / war sein Verlangen.  
 Wohl dem der also fährt / auß dieser Nichtigkeit!  
 Auß dieser argen Welt / auß dieser Eitelkeit.  
 Zu Gott in sein Gezelt / wie diese Musen. Crone!  
 Wer dem nach also lebt / wie Er / kriegt auch zu Lohn!  
 Was Er bekommen hat. So steld nun ein das Leyd!  
 Müßgönnt Ihm nicht hiedurch die sasse Himmels. Freud.  
 Also besuffset seinen hochgeehrten seligen **S. Reich-Vater**!  
 Adam Droschel, 3. Claf. præc. und Cant. Germ.

**O** DEVS  
 Quæ  
 Quid sumus  
 Fumus, &  
 Testis es o su  
 Mysta D  
 Namque jac  
 Dum jam  
 O dolor!  
 Commo  
 iam nisi fle  
 Lumine,

**S**uscipe,  
 Vota  
 Cumque d  
 Oranes,

**O**ccid  
 Ca  
 Mente D  
 Officiu  
 iamque s  
 Offici

**O** DEVS humanis quantum est in rebus inane!

Quam subitas variat fors inimica vices!

Quid sumus? aëriæ ventosa per æquora bullæ;

Fumus, & æstivo concitus igne vapor.

Testis es ô summi spes ordinis hætenus ingens,

Mystra DEI, Generis flos venerande tui!

Namque jacens nostram spem funere frangis acerbo!

Dum jam lethiferam cogere ire viam.

O dolor! ô rerum jactura nefanda, quod Vrbi

Commoda, quot nobis abstulit atra dies?

Iam nisi flere licet, non nostro parcior imber

Lumine, quam vernâ de nive manat aqua.

Supremo motus testatus honore dolorem

Blasius Wantsai p. t. Senior Schol. Cassov. apposuit

---

Suprema verba defuncti ad Christum.

**S**uscipe, quem vivus colui, mea suscipe Christe

Vota! meam supplex suscipe quæso animam!

Cumque die extremo ruptâ tellure resurgent

Omnes, Coelesti corpus & arce bea!

Daniel Iohanides Scholz Germ. Alumnus.

---

**O**ccidit antiquâ magnus virtute B I N E R V S,

Cassensis fuit hic stella corusca SOLI.

Mente DEO vixit, vitâ meliore probavit

Officium, rexit sedulitate suos.

Iamque solutus ovar, Triadis retinendo vireta,

Officii lætus dena Talenta refert.

Nicolaus Nicolaides Liptoviensis, Schol. Al.

---

C

AN

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

**A**h Parcæ nimium genus severum,  
 Sit vobis malè, sit laboriosè  
 Quæ charum Aonidum choro **B I N E R V M**,  
 In flore heu medio abstulistis ævi!  
 ô factum illepidum atque luctuosum!  
 Nunc certè roseas genas Camœnæ,  
 Humectabitis imbre lacrymarum,  
 Digna est res lacrymis, dolore digna!  
 Lacrymate, dolete, quantum amatis  
 Vestros Piërides bonæ Patronos,  
 Factum est illepidum, atque luctuosum,  
 Namque **B I N E R V S** ille vester ignis,  
 Qui vos plus ocalis suis amabat,  
 Qui vos officiis piis colebat,  
 Vestrum præsidium, decusque vestrum,  
 Nunc est heu cinis, atque inanis umbra!

Daniel Korkovski Kadvan. Cal. Schol. Alum.

**M**atris Præco Sacræ fueras celeberrimus eheu!  
**B I N E R**, sed subito Vir Reverende cadis.  
 Te Stygias credo mundo invidisse Sorores,  
 Cur? quia misisti pectora nulla Stygi.  
 Quippe viam nosti dextrè monstrare salutis,  
 Et vitæ exanimes reddere penè viros.  
 Bis geniti Regis Te grex, Te Musa capillis  
 Flet lacertis, moestus flet & Apollo lyrâ,  
 Hinc licet exemptus sis corpore, nomine certè,  
 Ausonio longè clarus in orbe viges.

Anne

Quæ præls  
CVr? o

**Q**uid V  
 Vectr  
 Gerat capu  
 Donet tian  
 Heu! casta  
 Coràm tue  
 Vbi beatis

**N**Vnc m  
 Atq  
 Fidus nam  
 Corpori

**P**Langite  
 En la  
 Vulgus tu  
 En lacry  
 Angelus eo  
**B I N E R**

**A**H dolo  
 Occ  
 Nunc loca  
 Et tristes

ANNO & DIE

Quæ præls octobris Nonas LuX fLebILIs heI qVaMe  
CVr? qVla sVCCVbVlt Te rVtILante BIner.

Andreas Hlboki Trenchien? Caf. Sch. Al.

**Q**uid Vrsa stellans Pegasusve Coelesti  
Vectret theatro; quotque terta Doctorum  
Gerat caput; quos dives aula Coelorum  
Donet tiaris; seculis perennibus:  
Heu! casta HILARI mens negata jam terris  
Coram tuetur, patrias petita arces:  
Vbi beatis vescitur dapum mensis.

Simon Zimani Dobroven. C. S. Al.

**N**unc meritò gemitus fundit CASSOVIA tristes,  
Atque dolet docti tristia fata BInER.  
Fidus nam cunctis, nulli pietate secundus,  
Corporis ac animæ Doctor acutus erat.

Georgius Piscatoris Kotskev. Caf. Schol. Al.

**P**langite vos iuvenes ludi nunc plangite cuncti,  
En lacrymola dies, plena dolore dies!  
Vulgus tu planctus, planctus tu funde Senatus,  
En lacrymola dies, plena dolore dies!  
Angelus ecce tuus Coelestia migrat ad astra  
BInERVS, quem mors exanimavit atrox.

Paulus Balika Metzelenies Ung. Caf. Sch. Al.

**A**H dolor! ah luctus! nunc nunc insignis ab arte  
Occubuit Pastor, Vir pius, atque probus.  
Nunc loca condignis resonent pia cuncta querelis,  
Et tristes luctus angulus omnis agat.

Adge-

Adgemat omnis homo depromens corde dolorem?  
Proh ubi subsidium! proh ubi delictum!  
Daniele Verbovski Briznen. C. S. A.

Vt fumus tenues evanidus exit in auras,  
Vt cito conjectum stramen in igne perit;  
Sic ætas hominis citò sic concordia vitæ  
Occidit, ac mortis jura tremenda subit.  
Exemplo nobis sit B I N E R præco fidelis,  
Quem subito exangvem pallida mors rapuit.  
Andreas Requinien Trans. Caf. S. Al.

Mortuus est clarus B I N E R lugete Ministri,  
Plangite nunc quot quot dogmata Sacra datis,  
Plangite vos Pueri, plangas studiola juventus  
Plangas, nam cecidit magna columna Scholæ.  
Paulus Pecseli Ung. A. S. C.

Qvo properas Genitor tristes cur linquis in orbe  
Orphanulos? (Pat.) Vado, cellaque recta peto.  
Sed quis Tutor erit, nos quis defendet ab hoste?  
Quis nobis victum suppeditabit ovans?  
Fidere vos Christo jubeo qui protegit omnes,  
In vita fulcrum, morteque Tutor erit.  
Petrus Robiar Taxov. S. C. Al.

Scire cupis, Lector, quem nunc Ecclesia tota,  
Curia quemque gravis, flet schola nostra pia?  
Hic ovium Christi fidus dux, cultor honesti,  
Eloquio clarus Pastor in Vrbe fuit.

Divi-

Divinoque lupum baculo insectatus abegit,  
Ne sibi commissas dilaniaret oves

Adamus Thurnai Caf. Schol. Alum.

**N**on moritur quicumque sui monumenta relinquit  
Ingenii, & laudem posteritatis habet.  
Sic tua Mylta DEI vivet post funera virtus,  
Corporis est tantum vita peracta tui.  
Est abitus, non est obitus, quo fata secutus  
Coelica, terrenis irrevocandus abis.  
Sit tibi tuta quies, sit gloria Coelica praesto,  
Vivas aeternum dulce levamen. Amen

Andreas Szántó Hung. Al. Schol.

**L**ex quia dicta semel: moriere; per ora Monarchæ  
Ætherei, cunctos nos ea fata manent.  
Ah! hic eloquium jacet ipsum, Svada vel ipsa,  
Vel si quid Svada svavius esse potest.  
Quis, quæris? Christi BINERVS ovilis & ædis  
Antistes, quoquam non pietate minor.  
O post vix habitura parem Respublica, multis  
Anxia BINNERVM prosequitor lacrymis.

Michael Beledi Schol. Alum.

**S**istite nunc hilares, & moestas promite voces  
Omnes, quos Cassæ moenia culta tenent.  
Occidit ERNESTVS dignus melioribus annis,  
Occidit Aonii portio magna chori.

Stephanus Pataki Ung. Schol. Al.

Divi-

Quid

**Q**uid querar? unde feramque novo fomenta dolori?  
Sicne meis lacrymis **B I N E R** humanus eris?  
Sic erit ista dies nobis, dum vita manebit,  
Semper acerba, licet ritè colenda tamen.

Paulus Fabricius Transyl.

**P**hoebus ubi nitidis Octobri mense quadrigis  
Profert stellifero bis ter ab axe diem.  
Lucta mihi finita bona est, cursusque peractus,  
Floruit in puto pectore vera fides.  
Nunc me, quam tribuet iustus super æthere Iudex,  
Iustitiæ & fidei sancta corona manet.

Georgius Likonides Szabeni

**M**ors cuivis certa est certus stat terminus omni,  
Ast ubi? vel quando? quomodo? quemq; latet.  
Ah infelices, exemplum triste videmus!  
Ecce jacet Mystes morte peremptus humi.  
Plangite corde virum, vestrum vos plangite Cives  
Patrem, tam clarum plangite corde virum!  
Corporis ac animæ Medicus clarissimus, expers  
Ipse animæ, exangvis jam monumenta lubit

Adamus Kaldstein Belens.

**H**eu cur tam tristes Urbis nunc moenia lessus  
Fundunt? & moesti vir juvenisque gemunt?  
Nempe jacet, jacet heu parvâ **B I N E R V S** in urna!  
Ara domus sacrae quo moriente, gemit.

Cassa

Cassa doles m  
Hæreseos s

**P**roh dilect  
Tabific  
Est fateor tua  
Flent meri

**B**INER ad  
Scandi  
Sol fuit ER  
Omnibus  
Eloquio svavi  
Hic verè d  
Hunc desien  
Nemo pue

**F**lete Mag  
Tristia  
Flere Dei cu  
Urbis qui

**H**eu cecid  
Cun  
Quapropter  
Illius, &

Cassa doles meritò resolutum morte **BINERVM**  
Hæreseos solitum soepe fugare lupos.

David Scholtz Casareop.

**P**ROh dilecte DEO! proh Cassæ Pastor amande!  
Tabificâ modò, qui morte peremptus abis.  
Est fateor tua mors permultis tristis, amara;  
Flent meritò multi, nunc tua fata, Viri.

Andreas Vertics, Threnf.

**B**INER ad ætheras ERNESTVS HILARIVS oras  
Scandit; & in Coelis gaudia mille capit.  
Sol fuit ERNESTVS nostra præclarus in Vrbe,  
Omnibus in Templo clara lucerna fuit.  
Eloquio svavi mentes & corda movebat,  
Hic verè dignus ne moreretur erat.  
Hunc deslent cecidisse Viri, juvenesque, senesque  
Nemo puer lacrymis, nulla puella caret.

Matthias Wancsai, Vngar.

**F**lete Magistratus, pariter vos Tempa, Scholæque  
Tristia fundentes corde gemente merra.  
Flere Dei cunctos decet emigrasse Ministrum,  
Vrbis qui nostræ moenia celsa colunt.

Georgio Szenczi, Vngar.

**H**eu cecidit lumen clarum peperitque dolorem  
Cunctis, quos docuit dogmata pura Dei.  
Quapropter meritò lugent mœstissima fata  
Illius, & mortem corde dolente ferunt.

Johan. Parniczki, Arven.

Q

Sic  
S

**C**Lara piis vita est in Coelis, atque perennis,  
 Attamen in terris hæc misera esse solet.  
 Hoc postquam vidit **B I N E R** conclusus in isthac  
 iam tumulo, terras linquit & astra petit  
 En abit! en superum **B I N E R** sublellia scandit,  
 Flete Deæ mecum, Pieridumque chori.  
 Sittibi tuta quies **B I N E R** sint gaudia Phœbi,  
 Præsto sit temper lætior aura tibi,

Stephanus Szeneci Ungar.

P

Luc  
E  
Nu  
I

**P**lerides doctæ tu Palladis alma corona,  
 Ferali tristes cingite fronde comas.  
 Tristia lugentes suspiria ducite Nymphæ,  
 Occidit heu vestri gloria magna chori.  
 Occidit Inspector Musarum clarus, in Vrbe  
 Lucida qui Christi fax fuit, ecce jacet!

Andreas Manyak Liptov.

N

Ah  
E  
Pla  
I  
Co  
I

**C**uncta bonis profunt, hos Atropos ipsa beatos  
 Reddit, nec virtus tristia fata subit,  
 Vive manet virtus **B I N E R** per secula multa,  
 Mens patula in miseros, promptaque viva manet

Iohannes Raduch Liptov.

E

Ne

**A**spice mortalis fugientia secula vitæ,  
 Quàm fragile est quodcunq; sumus, dum vivimus inter  
 Mille modos, lethique vices versamur, & unus  
 Vel levis ad mortem nobis suffeceris error.

Paulus Salva Arvensis.

**F I N I S.**

23